



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. VIII. An Ecclesia repetens bona malè alienata teneatur restituere
pretium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

uara sit hospitalitas per tempus
immemorable latè Gabr. loco
cit. concl. 1. num. 22. & d. concl. 2.
numer. 5. & 6.

- 14 Obserua tamen, quod quando
in dictis Confraternitatibus exer-
centur opera charitatis, & pieta-
tis, & exercitia spiritualia, sem-
per dicuntur loca pia, etiamsi e-
recte nõ fuerint auctoritate Epis-
copi, & ideo earum bona aliena-
ri non possunt sine assensu apo-
stolico, ut dicunt DD. quos refert,
& sequitur Diana p. 4. tr. 1. ref. 37.
15 Unde nec possunt Administratores
facere compromissum de bonis
huiusmodi locorum, quia com-
promissum est species alienatio-
nis Antonin. var. resol. lib. 2. ref. 2.
num. 4. Quarant. in ver. Alienatio
rer. eccles. nu. 20. dicit tamen Ferr.
qq. mor. par. 2. q. 55. quod cum li-
centia Episcopi, coram quo con-
stare debet de utilitate ecclesie,
possunt officiales facere compro-
missum, exemplo Tutoris, vel Cu-
ratoris, qui licet ex se non possit
facere compromissum de rebus
pupilli, & minoris, compromitte-
re tamen potest cum solemnitate,
& licentia Iudicis, ut dicunt Do-
ctores apud Gratian. discept. 586.
num. 52. Sed hoc procedere po-
test, si compromissum fiat de re-
bus, quas Episcopi auctoritate
ordinaria alienare possunt iuxta
cap. Terrulas 12. q. 2.



S. VII.

An Prælati, aut Rector Eccle-
siae alienans particulas Reli-
quiarum insignium, aut
in muro clausuram in-
currat in excom-
municationem
d. extrau.

- 16 **R** Esp. quod licet huiusmodi
Reliquia alienari non pos-
sint sine consensu Sedis Apostoli-
ca iuxta stilum Curia Romana,
quia sunt res valde pretiosae, quæ
seruando seruari possunt, illas
tamen alienans non incurreret ex-
communicationem d. extrauag.
quia ibi sermo videtur esse de bo-
nis temporalibus pretio æstima-
bilibus, ut d. Bonacm. d. tract. de
Alien. bon. Eccles. quest. vn. punct.
2. num. 31. quicquid in contrarium
dicat Barbof. de offic. & pot. Episc.
par. 3. all. 95. num. 39. Ricc. in Prax.
for. Eccles. par. 1. ref. 60.

S. VIII.

An Ecclesia repetens bona male
alienata teneatur restituere
pretium.

- 17 **R** Esp. quod res alienate nullo
restituto pretio regulariter re-
uertuntur ad Ecclesiam c. 1. de Sobism.
d. extrau. Ambitiosè in fin. S. quis
igitur in Auth. de non alienan. c. 5.
Ecclesie verò competit interdictum
vnde. vi quoad res alienatas Ricc.
in collect. decif. 2164. par. 6.
18 Datur tamen emptori contra
male

malè alienantem, & eius hæredes actio non solum ad pretium, sed etiam ad interesse §. 1. in fin. in Auth. de alien. & emphiteusi Abb. in d. cap. 1. in fin. Leo in T. bes. for. eccl. par. 1. cap. 15. nu. 64. Ricc. in collect. decis. 3054. & in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 17. & par. 3. ref. 559.

19 quod procedit, quando emptor est bonæ fidei, quia si esset malæ fidei, non potest agere ad interesse contra Prælatum malè alienantem, sed tantum ad pretium iuxta l. fin. §. emptor, ubi glos. et DD. C. commun. de leg.

Hæc tamen intellige, quando pretium versum non fuit in utilitatem Ecclesiæ, secus si constiterit pecunias in utilitatem Ecclesiæ fuisse erogatas, quia tunc emptor 20 recursum habebit cõtra Ecclesiã quatenus esset effecta locupletior d. §. 1. in fin. in Auth. de Alien. & emphiteusi Marc. decis. 1076. & alij quos refert & sequitur Ricc. in collect. dec. 2164. par. 6. verum malæ fidei emptor cum fructus suos non fecerit, debet illos in pretium compensare ut dic. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 559.

§. IX.

18 An Rector ipse, qui malè, vel sine solemnitate alienauit, possit alienationem tãquam nullam reuocare, ac bona recuperare.

22 R Esp. affirmatiuè etiam non obstante iuramẽto franc. Marc. decis. 43. & 1075. Magon. decis. 61. Grammat. dec. 79. & alij apud Ricc.

in prax. for. Eccles. par. 1. ref. 118. & in collect. dec. 2164. par. 6. quod procedit etiam si præcesserint solemnitates requisitæ, quia si alienatio huiusmodi esset damnosa Ecclesiæ, poterit ab eodem Rectore reuocari, ac rescindi per beneficium restitutionis Grammat. d. decis. 79. Ricc. in collect. decis. 46. par. 1. Guid. Pap. dec. 159. & ibi Add.

24 Notandum tamè est, quod alienatio rerum Ecclesiæ est nulla volente ecclesia, secus si ecclesia vel let stare alienationi, quia huiusmodi solemnitates in fauorem ecclesiæ sunt introductæ, & ideo hæc nullitas non potest ab alio allegari Cachéran. dec. 94. n. 25. Chartard. dec. 46. Put. dec. 310. li. 1. & dec. 365. n. 5. lib. 2. apud Ricc. in Collect. decis. 3054. parte 7. & in Prax. parte 1. resolutione 7. sicut etiam dicitur de minore prohibito vendere 25 sine certa solemnitate, si velit actum valere Rot. dec. 262. nu. 7. & seq. par. 3. Diuer.

§. X.

An impetrato assensu apostolico sint adhuc necessariae aliæ solemnitates à iure requisitæ.

26 R Esp. negatiuè, quia Papa est Dominus, & dispensator omnium bonorum ecclesiarum, & ad eius libitum potest disponere, Ruin. conf. 157. n. 4. & 11. Dec. conf. 142. num. 5. quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. n. 9.

Sed obserua, quod licet detur locus pœnitentiæ in alienatione rei ecclesiæ cum reseruatione bene-